



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Admodvm. Reverendo Patri In Christo, P. Nostro Mvtio Vitellesco Societatis  
Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

ADMODVM.

R·E·V·E·R·E·N·D·O

P·A·T·R·I· I·N· C·H·R·I·S·T·O.

P·N·O·S·T·R·O· M·Y·T·I·O· V·I·T·E·L·L·E·S·C·O  
S·O·C·I·E·T·A·T·I· I·E·S·V.

P·R·A·E·P·O·S·I·T·O· G·E·N·E·R·A·L·I.

**D**EDICAT Tibi, Pater Admodum R.<sup>de</sup>, à me superiore Anno vita Patris Balthazaris Alvarez, viri è Societate nostra sanctissimi, Exemplum quoddammodo explicasse videbatur eorum, quæ continentur in hoc absolutissimo, eius Christianæ Perfectionis, quæ Religiosorum est, Exemplari, quod Tibi nunc libentissimè venio dedicatum. Debere me quoddammodo hoc post illud Tibi potissimum existimabam: quia ut in re ferè non dissimili, Sancti loqui consueverunt: cui poma dedissem, nec pomum negandum esse persuadebar. Et verò Tibi amplius, qui Perfectionem eam totam, ita conaris facere tuam, ut et si dignam te, & eo gradu, in quem te Diuina Providentia extulit, sis consecutus: tamen non arbitreris te comprehendisse, sed obliuiscens ea quæ retro sunt, ad ea, quæ priora sunt te ipsum extendis: quod ipsum ut Societas nostra, Te Duce, velit & possit, efficiis; quæ pulcherrimis exemplis; quæ sanctissimis monitis; & adhuc industria singulari ac prope Diuina: quam iam didicimus admirari & amare. Iam verò quicquid Religiosarum virtutum est usquam, quicquid Diuinorum animi ornamentorum laudatur vsquam, quicquid absolutissimæ Perfectionis Christianæ, quæ in istorum acquisitione & Possessione sita est, à quocunque expeditur: in hoc Exemplari ita est expressum: ut, si id aliquis velit aspicere, ferè hoc ipsò etiam, quod ei monstratum est, possit facere: & tum in se, tum in alijs exprimere. Non enim pulcherrima hæc decora ita tantum hic exponuntur, ut venalia cum ad-

scriptis

cripis titulis pretiorum, sed ita eorundem exhibetur præstigia, ut indicetur etiam sine auro & argento eadem comparandi facilis via. Intendat hic aliquis oculum & animum, ut cætera tacitam, in vnam Obedientiam: efficiet facile, ut ad omnes virtutes breue compendium se inuenisse intelligat; & obediens, victorias loqui possit. Quod si etiam ad opulentissimam Religiosorum Paupertatem aduertat: discet exemplo, ea omnia, quæ mundus iactat, tanquam detrimenta conuenire, ut Christum lucrifaciat; & eam hæreditatem, quæ spiritu pauperibus est destinata, consequatur. Aspices igitur, Pater admodum Reuerende, hoc exemplar ijs oculis, quibus auidissimè soles ea perquirere à quibus vel tuum ardens Christianæ Perfectionis desiderium expleri posse autamas, vel alienum cessans ac languidum ad inactionem & feruorem excitari. Deus Opt. Max. Te tuorum desideriorum faciat abundantissimè compotem; & ubi per Te Societatem ad maximam Christianam Perfectionem exierit, & diu toti obijerratum commodaerit: ad brauium supernæ vocationis T. Ducat. Pragæ 20. Februarij 1617.

*Adm. R. de P. tua*

*Minimus in Christo seruus*

MELCHIOR TREVINIVS.

AUCTOR.